

quod ab ipso in officio deputatus, in quo deliquit, erat homo bonæ famæ. Latè hac de re *Christ. Besold. 1. polit. 12. §. 2. concl. 20. 5. pag. 439.* Quomodo puniendus pharmacopola, sciens volensq; filio ad patrem necandum venenum vendens? Vide *Lud. Gilb. in arb. jud. crim. c. 2. tit. 14.* De venenis eleganter differentem *Andr. Matthiol. in lib. 6. Dioscoridis, p. (mibi) 971. cum seqq.*

ARTICULUS XXXVIII.

Indicia rapinæ & furti.

1. Latrocinii & furti indicium primum est, si penes aliquem res furto ablata inveniatur, & is de justo titulo, quomodo nimirum res ad ipsum pervenerit, docere nequeat. Nam si aliàs esset persona malæ famæ & judici suspecta, vel quia similia delicta antea etiam commisit, de ea certè quæstio haberi potest. Vide *artic. 43. Thom. Metzger. in resol. de torturâ, concl. 144. Zang. d. c. 2. num. 175. 176. Zieritz. hic, verb. aliquem, & verb. huiusmodi bona.* Ex moribus, motuq; corporis, & physiognomiâ etiam viros sanctissimos quorundam ingenia & eventus futuros prædixisse publicis monumentis consecratum extat, *Bernh. Zieritz. c. 40. verb. iis sit moribus.* Vide *Steph. art. 38.* ubi post *Zangerum* tractat illam quæstionem: An is, apud quem res rapta, vel furtiva invenitur, cogatur exhibere venditorem?

2. Quod si autè is, apud quem res rapta, aut furtiva reperiatur, si homo aliàs integer, & bonæ existimationis, ex eo non potest præsumi fur, aut latro. & sic per consequens non torqueri, nisi alia concurrant adminicula. Potest etiam fieri, quod huiusmodi rem emerit, aut permutarit, *Metzg. de tort. concl. 145* & sola inventio non probat furtum, *Zieritz. art. 40. verb. concurrentibus huiusmodi circumstantiis.*

3. Secundum tam latrocinii, quam furti indicium est, si qui in publicis diverforiis commorentur, incertis laribus, sedibusq; vagantes, nec tamen habeant tantum in bonis, ut hos sumptus ferre possint, ut mihi videntur esse planetæ illi terrestres, qui tecta rusticorum, non bella sequuntur, & nulli domino serviunt, *Rottirer / Bartirer / Landläuffer* & præsumptione cinguli militaris armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed contra vicinos, & forsitam etiam adversus miseros colonos, quos procurandos susceperunt, ut loquitur *Imp. in l. 15. C. locat.* convertere non verentur. Ideoq; non ferendi sunt in Romano-Germanico Imperio. Vide *Ränsf. Landfrieden zu Augspurg / 1548. auffgericht / sit. von den Herinlosen Knechten / §. wo sich auch / Reichsabschied zu Augspurg 1555. §. vnd damit angeregte.* Huic recessui congruit *Sammergerichts Ordnung par. 2. tit. 15. Fürstl. Württembergische Landordnung / fol. 40. & seq. tit. von Bart vnd Herinlosen Knechten / wie gegen dieselbe soll gehandelt werden / Fürstl. Leunenburgische Policeyordnung / c. 47. Confer *Ant. Hering. de fideiuss. c. 7. num. 162. Iust. Lips. 5. polit. 8. Domin. Arum. vol. 3. discut. Acad. 5. th. 57. Vdalr. Zaf. conf. 6. vol. 1. num. 20. Thom. Lansf. de utilitate & iucunditate historiarum, p. (mibi) 15. Reink. de Regim.**